

## Caesar poeta

Ende des von Aulus Hirtius stammenden achten Buches der *commentarii de bello Gallico*:

([55] 1 Quo cum venisset, cognoscit per C. Marcellum consulem legiones duas ab se remissas, quae ex senatus consulto deberent ad Parthicum bellum duci, Cn. Pompeio traditas atque in Italia retentas esse. 2 Hoc facto quamquam nulli erat dubium, quidnam contra Caesarem pararetur, tamen Caesar omnia patienda esse statuit, quoad sibi spes aliqua relinqueretur iure potius disceptandi quam belli gerendi. Contendit . . .)

An den mit “contendit” begonnenen, aber nicht vollendeten Satz anschließender Text:

Contendit quare non arcus exitialis,  
sed fidium nervos, quarum consultus Apollo  
in somnos illi suasum degressus Olympo  
dixerat: “o Caesar, ne debellaveris armis  
ullos Romanos, sint perfidi et insipientes.  
ne quondam cives inter se vulnera iacent,  
percutiunt versus melius quam maxima tela  
pectoris, plura fides attingunt suave sonantes  
quam tormenta malo stridore et plura Camenae  
corda susurrantes agitant quam dux strepitando.”  
mane experrectus fatusque ab Apolline viso  
Caesar erat numen meditatus et officiose  
composuit iam non acies, sed – credite – versus  
tam pulchros, quibus in terra nemo meliores  
scribere possit, tum cecinit, stupuereque cuncti  
legati que equitesque et equi sociique ac iniqui  
et procul audivere senatores quoque in urbe,  
qui verbis fere molliti sunt (namque quis esset  
castior integrior probior cantante poeta),  
at subito in campum descendit ab aethere Mavors  
saevus et ense fides concidit oblivia fundens.

-von Bertold Carl Ammer, Ignaz-Günther-Gymnasium Rosenheim, geb. am 04. Mai 2004